

JOACHIMI CAMERARII  
SYMBOLORUM  
ET  
EMBLEMATUM

Centuriæ quatuor

QUARTUM PRIMA  
STIRPIUM  
SECUNDA  
ANIMALIUM QUADRU-  
PEDIUM  
TERTIA  
VOLATILIUM & INSECTIUM  
QUARTA  
AQUATILIUM & REPTILIUM



*Rariores proprietates Historias ac  
sententias memorabiles non paucas  
breviter exponit.*

BIBLIOTHEQUE S. J.  
Les Fontaines  
40 : CHANTILLY

MOGUNTIAE,

Sumpt. LUDOVICI BOVRGEAT,  
Academiae Bibliopolæ.

Typ. CHRISTOPHORI KÜCHLERI  
M..DC. LXVIII.

IV.  
NON ERGO VERTAE  
INVLTVS.



*Vincere, vel pulchra laus est occumbere morti,  
Sed tremulo à pugna turpe redire gradu.*

*Rhinoceros*

## IV.

**R**hinoceros à cornu quod in naso unicum habet, quasi navicornis dici potest. Martialis de gemino cornu licentia poetica loquitur, cum alterum in dorso potius suberosum quippiam, non propriè cornu sit. Taurum Æthiopicum Pausanias lib. V. & lib. IV vocat. nec apparet Aristotelem hujus animalis fecisse in suis scriptis mentionem. Hujus accuratam designationem curavimus exprimi ab icone in eas eleganter incisa, ex Hispania nuper alata. Tradit autem Suetonius Augustum Imperatorem primum Populo Romano Rhinocerotem spectandum exhibuisse, quamvis Plinius hoc Pompeio Magno ascribat. Alterum hunc habent hostem Elephas cum cornu ad saxa limato sese ad pugnam præparet & in dimicatione cum Elephanto alvum adversarii ut molliorem petat. Eamque pugnam describit quoque Oppinianus lib. II. de Venatione. ac exemplum commemorat Munsterus lib. V. Cosmographia, ubi Elephas à Rhinocero victus succubuerit. Quod si ventrem hostis sui non præoccupaverit Rhinoceros (ut Ælianus refert) proboscide Elephantis feritur, ac dentibus tandem dilaniatur. Hoc Symbolo usus est Alexander, Dux Florentinus, gener Caroli V. Imper. Roman. eo innuens, pro conquirenda nominis gloria, atque in super ad imperatoris sui existimationem propagandam, magno animo se nullum periculum subterfugere, atque eam ob causam vel præclaram victoriam reportaturum, vel ipsam etiam mortem subiturum esse. A scriptum fuit dictum Hispanicum, NON BVELVO SIN VINCER, id est non discedam sine victoria, alludens ad versiculum Martialis:

Rhinoceros nunquam victus ab hoste redit.

Aa

S

VIM

V.  
VIM SUSCITAT IRA.



*Non temere cæcam, vir fortis fertur ad iram,  
Iusta sed indignè laesus in arma ruit.*

Rhino-

## V.

**R**hinocerotem non nisi admodum irritatum ad iram provocari, & commotum illam agra deponere, Pierius in Hieroglyphicis annotat unde ex candescentiam vehementem, post lentitudinem irascendi, per hoc animal veteres ex Oro indicasse refert. Quod etiam ex Martiale colligitur, qui hoc de eo epigramma composuit.

Sollicitant pauidi dum Rhinocero Magistri,

Seque diu magnæ colligit ira fetæ.

Desperabantur pormissa prælia Martis,

Sed tamen is rediit cognitus ante furor.

Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,

Lactat ut impositas taurus in astra pilas.

Sic quoque viri fortes, nisi valde irritati, & aliqua insignè injuria stimulari, non cito deponunt animi sui moderationem, sed ad justam indignationem nimium provocati, tandem sese acrius incitant, & egregie viros exhibent. Quemadmodum autem ejusmodi heroicus impetus in magnis viris merito locum suum habet, ac laudem quoque meretur, sic absque discrimine non ubique imitandi sunt, sed potius aurea sententia ante oculos habenda, **QVO MAIOR, EO PLACABILIOR.** Quod dictum Nic. Reusnerus in Symbolis Imperat. prolixè explicat Arist. quidè affirmat in Eth. τὸν αὐτὸν εἶναι ἰσοειδῆς, fortes esse iracundos, & τὸν ἰσοειδῆ αὐτὸν στωργεῖν, iram adiuvare eos, adducto etiam ibi Homeri testimonio. Sed Euripides præclare monet, αἰσῆν, σὺν φρονεῖν & ὀργῆν αἰνῶναι, ἢ σὺν φρονεῖν αὐτὸν, id est, sapientie esse operam dare, ut moderate indulgeat ira. Versus autem integri, unde hac desumpta sunt, leguntur apud Virgilium de Entello, lib. V. *Eneid.*

NIHIL